



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 60. An restitui debeat pecunia à dæmone accepta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

pter debitum , quod potest esse ex contractu quamvis de se non honesto. Si dicas , sic foveri scelera , si enim meretrix sciret se nihil acceptu- ram , non prostitueret se. R. Id esse per accidens , & habere se tantum remotè ac indirectè.

§. 3. Si pretium sit datum pro actione mala <sup>291</sup> necdum posita , restitui debet , quia actio non debet poni , ergo nec retineri potest pretium pro ea ponenda : si tamen pretium liberaliter donatum esset ad alliciendum animum , posset retine- ri , sed adhuc omittenda esset actio , utpote de se semper mala , ita Lug. n. 49.

Q. 60. An restitui debeat pecunia à Dæmon ac- <sup>292</sup> cepta. R. Si sciatur , quod Dæmon furatus sit ali- cui , ut tibi daret , teneris restituere secundūm antè dicta : si autem hoc nesciatur , spectato iure naturæ poteris retinere , quia dæmon potuit ac- cipere ex fundo maris , aut aliunde , ubi erat de- relicta , ita Diun. p. 10. t. 15. R. 48. De iure positi- vo post sententiam Judicis debet dari pauperi- bus vel applicari fisco , quidquid per artem ma- gicam aut prohibitam acquiritur , uti habent le- ges & AA communiter cum Lugo d. 6. n. 112.

Q. 61. An restitui debeat , quod est acceptum pro <sup>293</sup> re vel actione aliunde debita. R. §. 1. Si ex iustitia erat debita illi , qui dat , restitui debet , uti habet com- munis cum Less. L. 2. c. 14. n. 69. Lugo d. 18. n. 63. Dicast. d. 6. dub. 3. Tamb. I. 7. c. 5. §. 3. n. 13. & 21. Haun. t. 2. n. 352. Petsch: p. 143. contra Nav. Sotum & alios. Ratio est , quia dans pretium pro re , ad quam habet ius , æquivalenter emeret rem suam , ut redimeret iniustam vexam , ergo pretium iniuste acceptaretur , ergo restituendum est. Quod si pro obtainenda actione tali daretur a-